

stici Straordinari con i pochi elementi che si sono potuti affrettatamente raccogliere⁴⁴⁴. Ella ne vorrà fare uso riservato, specialmente riguardo alla provenienza delle informazioni sui vari candidati ivi indicati.

Come V.ra Signoria potrà rilevare da tale Ponenza, la Santa Sede prese pure ad esame la domanda del Signor Lednicki, Rappresentante del Consiglio di Reggenza a Pietrogrado⁴⁴⁵, circa l'invio di un Visitatore Apostolico in Russia. Ho il piacere di annunziarle che il Santo Padre ha deciso commettere provvisoriamente alla Signoria V.ra tale Ufficio, estendendo a tutto il territorio già appartenente all'Impero Russo i poteri, le grazie e le facoltà di cui ella gode per la Polonia. Per quanto l'Augusto Pontefice ben comprenda che ciò aggraverà non poco il di Lei lavoro, tuttavia Egli ha piena fiducia che V.ra Signoria, nel suo illuminato e fervido zelo, saprà condurre felicemente a compimento il nuovo incarico affidatole.

Infine ella vorrà pure tener presente le altre questioni ricordate nell'accennata Ponenza, cioè la eventuale creazione di una diocesi o di alcuni Vicariati Apostolici (ad es. a Tobolsk ed a Wladivostock) per la Siberia, un miglior assetto della provincia ecclesiastica di Mohilew e la creazione di una Gerarchia greco-cattolico-russa specialmente in Ucraina, cominciando dalla restituzione della Sede greco-unita di Kamenetz.

Nel renderla di ciò intesa, le accuso ricevimento dell'interessante Rapporto N.[prot.] 1 del 6 corrente⁴⁴⁶, del quale ho dato pure conoscenza a S. Padre. E ringraziandola delle notizie fornitemi, con sensi di distinta e sincera stima mi pregio raffermarmi

di V. ra Signoria Ill.ma

affezionatissimo per servirla

(^a-Pietro Card. Gasparri^a)

^{a-a}) *Manu propria.*

N. 48.

Gulielmus a Nethe, supremi regiminis militaris Germanici Varsaviae praefectus

Achilli Ratti

Varsaviae, 30 VI 1918.

⁴⁴⁴ In actis hoc documentum deest.

⁴⁴⁵ Alexander Lednicki (1866-1934), rei socialis promotor et homo politicus, sodalis Unionis Factionum Democraticarum (Zjednoczenie Stronnictw Demokratycznych). A. 1893-1917 praeses Catholicae Societatis Beneficuae Moscuae. A. 1918 mandatarius Consilii Regentium penes regimen sovieticum. Eodem anno rediit in Poloniam. A. 1919-1923 director commentariorum "Tydzień Polski".

⁴⁴⁶ Cfr. supra N. 18..

Nuntiat de concessa sibi licentia liberum epistularum commercium cum curia Romana exercendi, ea condicione, ut eiusmodi commercium non nisi ad res religionis spectet.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 162r (Abt. Ic Nr. 123 880), cum adnotatione: "R[icevuta] 1 VII 1918".

Euer Exzellenz,

wird das Recht zugestanden, mittels geschlossener Briefe und chiffrierter Telegramme mit der Kurie zu verkehren, sofern dem Generalgouvernement eine ausdrückliche Erklärung vorgelegt wird, daß sich der Inhalt der Briefe und Telegramme auf rein religiöse Angelegenheiten bezieht. Der Ein-sendung dieser Erklärung sieht das Generalgouvernement ergebenst entgegen.

Von seiten des Generalgouvernements

Der Chef des Generalstabes
Nethe^{a)} 447
Oberst

^{a)} *Manu propria.*

N. 49.

Henricus Przeździecki, subsecretarius in Departamento Status Achilli Ratti

Varsaviae, VI 1918.

Breviter describit singulas factiones et sectas politicas, in Regno Poloniae operantes, et de actionibus episcoporum Regni refert.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 168r-170v. In f. 168r supra, adnotatio manu Ratti: "Mons. Przezdziecki, giugno 1918".

Anno 1906 et sequentibus tempore revolutionis Russicae in Regno Poloniae fractiones politicae fuerunt:

- 1) fractio realistarum,
- 2) fractio democratiae nationalis,

⁴⁴⁷ Gulielmus (William) von Nethe, colonellus exercitus Prussici. A. 1917-1918 praefectus supremi regiminis militaris (Generalstabes) Varsaviae.

- 3) polona fractio progressiva,
- 4) fractio polonae democratiae,
- 5) polona fractio socialistica,
- 6) democratia socialistica,
- 7) Bund.

1) Fractio realistarum modo pacifico necessariam libertatem pro Regno Poloniae a Russia vindicare cupiebat, libertatem Ecclesiae Catholicae proclamabat. Ad fractionem hanc pertinebant: episcopi, seniores sacerdotes, aristocratia, divitiores possessores dominiorum, plutocratia. Fractio dextra.

2) Fractio democratiae nationalis inimica Russiae erat, omnimodam independentiam politicam a Russia satagebat, contra judaeos pugnabat, in secreto programme suo Ecclesiam Catholicam esse institutum nationale vocabat. Agmen eius constituebant fere tota natio polona extra magnas civitates habitans et multi operarii officinarum industrialium nec non juniores sacerdotes, qui secretum programma esse credere nolebant. Fractio, ut ita dicam, centralis.

3) Polona fractio progressiva et 4) fractio polonae democratiae eadem placita ac fractio democratiae nationalis sequebatur, sed imbuta hodiernis principiis liberalismi erat. Fautores fractionis erant viri professionum liberalium. Fractiones ambae - sinistrae.

5) Polona fractio socialistica, 6) Democratia socialistica et 7) Bund placita socialistarum sequebantur, sed 5) curabat principium nationale. Omnes propagabant eandem revolutionem in Polonia ac in Russia. Membra fractionum - operarii, sed in 7^a fere tantum judaei. Fractiones sinistrae radicales.

Electiones in 1^a, 2^a et 3^{ia} Comitata Imperii Russici (Duma)⁴⁴⁸ probarunt principem omnium fractionum politicarum in Regno Poloniae democratiam nationalem esse.

Decursu temporis dux democratiae nationalis, Romanus Dmowski⁴⁴⁹, fautor ideae panslavisticae, cum Russia pacem inire satagebat, qua ratione auctoritas fractionis in Polonia decrescebat.

Initio hodierni belli proclamato manifesto magni ducis Nicolai Nicolajewicz⁴⁵⁰ de unione trium partium dismembratae Poloniae sub sceptro imperatoris Russiae⁴⁵¹, fractio democratiae nationalis denuo praedominans facta

⁴⁴⁸ Agitur de electionibus ad Diaetam Imperii (a. 1906 institutam) annis: 1906, 1907, 1907-1912 et 1912-1917. Cfr. L. Bazyłow, *Historia Rosji*, Wrocław 1975 p. 436-458 et 499-503.

⁴⁴⁹ Romanus Dmowski (1864-1939), homo in re politica versatus, unus ex conditoribus et moderatoribus Societatis Nationum, Factionis Democraticae Nationalis et Democratiae Nationalis. A. 1906-1909 legatus ad Diaetam Imperii Russici, vulgo "Gosudarstvennaja Duma" nuncupatam. A. 1917-1919 praefuit Comitatu (Consilio) Nationali Polono et a. 1919 erat delegatus Polonus ad congressum pacis promovendae causa Lutetiae Parisiorum celebratum. A. 1923 officia administri rerum exterarum adimplebat.

⁴⁵⁰ Nicolaus Nicolaides (Nikolaj Nikolaewič) (1856-1929), magnus dux, exercituum Imperii Russici supremus capitaneus a. 1914-1915.

⁴⁵¹ Textum proclamationis ed. Kumaniecki, p. 27.

est. Qua de causa in Regno Poloniae ortum est odium contra Polonos in Galicia, qui legiones polonas formabant⁴⁵² ut una cum Austria Russiam vince-
rent.

Cum Russi occupata Leopoli et fere tota Galicia schisma propagare coe-
pissent, cum de die in diem malam voluntatem contra polonos manifestas-
sent, democratia nationalis viam propositam initio belli sequebatur et ita
argumentabat: barbariam Russorum vincere possumus, sed scientificam
persecutionem Polonorum in provincia Posnaniensi a Germanis per tot an-
nos ductam non est nostrum vincere, ex eadem ratione unionem cum Au-
stria, quae est socia Germaniae, propagare nolumus.

Paulatim tamen in Regno Poloniae alia idea oritur. Re vera, Germani
inimici nationis polonae sunt, eorumque socii sunt Austriaci, sed auxilio
Germaniae et Austriae, quibus Regnum Poloniae qua antemurale contra
Russiam necessarium est, possumus independens Regnum Poloniae consti-
tuere, quod coniunctum unione cum Austria facilius polonos in provincia Po-
snaniensi contra persecutiones Germanorum defendet. Sane Germanis ante
revolutionem russiacam a. 1917 Regnum Poloniae latum territorio, forte
exercitu necessarium erat, sed Regimen Militare Germaniae nullo pacto
augmentum virium Austriae modo unionis personalis vel realis cum Regno
Poloniae admittere volebat, quare d. 5 Novembris 1916 proclamatum est in-
dependens Regnum Poloniae.

Eodem tempore Regnum Poloniae tres in partes divisum erat.

I. Fractio democratiae nationalis, cui accessit fractio realistarum et po-
lona fractio progressiva, et postea democratia christiana nec non unio indu-
strialis. Pars haec, inimica omnis foederis cum Germanis, exoptat unionem
dismembratae Poloniae ⁽¹⁾.

II. Fractiones: Liga, unio status, fractio nationalis, polona unio operario-
rum, unio popularis et aliae, quae etiam auxilio Germaniae et Austriae fun-
damenta independentis Regni construere cupiebant.

III. Fractiones sinistrae socialisticae, quae prosequendo placita sua so-
cialia non recusabant partes in reaedificando Regno sumere, quia sperabant
aedificium Regni in fundamento socialistico futurum esse. Dux enim legio-
num Polonorum, Iosephus Piłsudski⁴⁵³, socialista erat. Prima pars diceba-
tur "passiva", nam nil agere volebat, secunda vero et tertia "activa", quia
construere Regnum desiderabant. Nunc in Regno Poloniae sunt fere 40 frac-
tiones politicae.

⁴⁵² Legiones Polonae formatae sunt in sinu exercitus Austriaci 16 VIII 1914 a. A. 1917 dissolutae
erant, cum maior pars militum iuramentum fidelitatis imperatori praestare noluerit.

⁴⁵³ Iosephus Piłsudski (1867-1935), marescalcus Poloniae, homo politicus, Factionis Socialisticae
Poloniae moderator. A. 1910-1914 praefuit Turmis Sclopetariorum (Związki Strzeleckie), a. 1914-1916
dux primi regimenti, deinde primi manipuli Legionum Polonorum. A. 1916-1917 membrum fuit Provi-
sorii Consilii Status, a. 1917-1918 Magdeburgi in custodia habitus. Ab a. 1918 Reipublicae supremus
dux, ab a. 1920 primus marescalcus Poloniae. A. 1922-1923 supremae auctoritatis militaris praefectus.
Post rerum mutationem m. Maio a. 1926 temptatam, rerum militarium administer et generalis exerci-
tuum inspector usque ad a. 1935, a. 1926-1928 et 1930 primus administer.

Quid his in circumstantiis agendum est episcopis? Si Germania et Austria victae erunt, proclamatio ab eis facta Regni Poloniae nullius valoris erit et leges hoc tempore promulgatae non obligabunt, sed vel si Germania et Austria victoriam reportabunt vel si constructum aedificium Regni Poloniae a congressu agnitum erit, his in casibus si constitutio Regni Poloniae principiis liberalismi imbuta erit, vae Ecclesiae Catholicae in Regno Poloniae, ergo necessarium est, ut concursus virorum catholicorum in reaedificio Regni Poloniae locum habeat, sed ad tempus episcopi a manifesta collaboratione hac in re se abstinere debent. Hoc statuto, cum decretum de constitutione provisorii Consilii Status⁴⁵⁴ editum erat, in hoc consilium duo sacerdotes⁴⁵⁵ designati ab episcopis erant.

In provisorio Consilio Status fractiones activae partes susceperunt. Prudens sententia episcoporum vim suam in hoc consilio provisorio manifestavit, nam in provisorio Consilio Status fere omnia membra eius vel inimici Ecclesiae vel omnino indifferentes erant. Gratia praesentiae sacerdotum propositum constitutionis Regni Poloniae expresse inimicas leges contra Ecclesiam non habet et auctoritas Sedis Apostolicae agnita est, sed editae sunt leges, quae in nonnullis adversantur principiis Ecclesiae.

Provisorium Consilium Status per 8 menses laborabat, sed cum una ex parte Germania verum regimen polonum constituere non permisisset et cum altera ex parte Piłsudski et fractiones socialisticae vidissent [se] praedominantem vim in aedificio novi regni non habuisse, provisorium Consilium dimissionem suam proclamavit et Consilium Regentium Regni Poloniae elegit. In hoc Consilio uti membrum necessarium Archiepiscopus Varsaviensis designatus est.

II

Archiepiscopus ratione ineundi consilii quid faciendum sit convocavit episcopos, qui responderunt propter bonum Ecclesiae et patriae archiepiscopum partem in Consilio Regentium suscipere debere⁴⁵⁶. Solus episcopus Kielcensis aliter sentit.

Quia inter rusticos, specialiter in dioecesi Lublinensi, quae caret episcopo, et Podlachiensi suppressa a Russis, nova fractio, quae dicitur fractio popularis, placita sua socialistica, fere maximalistarum russorum, spargit, et quia episcopi occupati multis hoc belli tempore quaestionibus auxilio episcoporum auxiliariorum indigent, episcopi Regni Poloniae Sedem Apostolicam humillime rogabant, ut candidatos ad sedes dioecesanarum Lublinensem

⁴⁵⁴ Provisorium Consilium Status 6 XII 1916 institutum erat. Sollemniter inauguratum 14 I 1917. Prima sessio 15 I 1917, ultima 31 VIII 1917 peracta est.

⁴⁵⁵ Fuerunt sac. Henricus Przedziecki et sac. Boleslaus Sztobryn. Cfr. S. Dzierzbicki, *Pamiętnik z lat wojny 1915-1918* [Res memoriae dignae, tempore belli a. 1915-1918 conscriptae], Warszawa 1983, p. 216-217.

⁴⁵⁶ Vide annexum n. 2 ad A. 8. De hac re deliberabatur etiam in conferentia episcoporum Poloniae Minoris 26-27 VI 1917 peracta, cui interfuit aepus Kakowski.

et Podlachiensem et ad dignitatem episcoporum auxiliariorum praesentare possent. Accepto benigno responso nomina candidatorum Romam miserunt⁴⁵⁷. Praeconisationem candidatorum maximo cum desiderio expectant, nam 1) periculum propagandae socialisticae de die in diem crescit, 2) nam more antiquo Polonorum in senatu partes suscipere debent.

Hodie fractiones passivae, quibus et socialistae accesserunt, sunt contra Consilium Regentium, quod strenue laborat et vigilat, ut omnes leges consonae principiis Ecclesiae sint, ut olim editae leges hoc in sensu corrigantur.

Quia episcopi nullas praescriptiones in re politica clero dederunt, universus fere clerus propinquior est modo se gerendi placitis passivae quam activae fractionis, manifeste vero, excepto fortasse uno vel altero casu, contra Consilium Regentium non agit.

Archiepiscopus, ut omni die bene instructus sit de omnibus, quae in novo gubernio agatur, habet consilium suum, quod sessiones quavis secunda hebdomada sub praesidentia Archiepiscopi celebrat.

Nota auctoris: ⁽¹⁾ Fractiones hae pro certa habent ruinam militarem Germaniae et Austriae, devictarum a Gallia, Anglia, Italia et America.

N. 50.

Henricus Przeździecki

Achilli Ratti

[Varsaviae, VI 1918].

Refert de rationibus et modis agendi regiminis Germanici in Regno Poloniae et in terris pristini Imperii Russici et suggerit actiones ex parte Ecclesiae suscipiendas.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 172r-177r. Ad caput textus adnotatio manu Ratti: "Polonia".

Modus agendi supremi regiminis militaris Germanici
in Regno Poloniae et in terris pristini Imperii Russici nec non sequellae
ex hoc modo agendi pro Ecclesia Catholica.

In Germania belli tempore existit unum verum gubernium, quod dicitur supremum regimen militare^a). Huius regiminis dux de iure est Hinden-

⁴⁵⁷ Vide N. 1 et A. 24.

burg⁴⁵⁸, de facto vero Ludendorff⁴⁵⁹, qui natus in provincia Posnaniensi, educatus in medio hacatistarum, Ecclesiae Catholicae notorius inimicus est⁽¹⁾. Fines propositi ab hoc regimine et elaborati omnes per partes iam ante hodiernum bellum, prosequuntur ab omnibus, qui pangermani (Alldeutsche) dicuntur, h.e. annexionistae et hacatistae.

Addictissimi propugnatores et fautores supremi regiminis militaris inveniuntur ubique: in comitiis Imperii Germanici et Regni Prussiae, in gubernio civili, inter scriptores et redactores foliorum publicorum, in societatibus politicis et socialibus. Numerus eorum permagnus est.

In comitiis Imperii et in gubernio civili ii, qui pangermanorum fautores non sunt, praecipue vero fractio catholica (centralis) et socialistica, contra placita gubernii militaris pugnant, exinde de vacillatione in re politica Germaniae dicitur, sed vacillationes hae apparentes sunt, nam semel a gubernio militari propositus finis strictissime observatur et exequitur. Finis hic, quod spectat Poloniam et Russiam, est:

I. ut quam maxima pars occupatarum terrarum cum Germania iungatur;

II. ut unio cum Russia constituatur;

III. ut Ecclesiae Catholicae via propagandi catholicismi in orientali et septentrionali Europa pracludatur.

Ad I^{um}). Clarum est annexionistas annexionem occupatarum vi militari terrarum desiderare, agitur tantum inter eos de modo annexionis, quae peragenda est vel sub praetextu rationum strategicarum vel sub praetextu conventionum argumenti commercialis, militaris, postalis etc. Regimen militare tamen cupiditate annexionis non est ita obcaecatus, ut totum territorium pristini imperii Russici occupatum cum imperio Germaniae iungere cupiat, memor est enim modi agendi principis Bismarck⁴⁶⁰ cum Austria post victoriam apud Sadova reportatam⁴⁶¹.

Ad II^{um}). Russia naturalis socius Germaniae a fautoribus regiminis militaris proclamatur. Unio cum Russia inita offert ex una parte Germaniae vastissimum campum commercialem, ex altera autem Germania cum Russia domina totius Europae erit.

Unio cum Russia constituenda est pretio restitutionis horum territoriorum a Germanis occupatorum, in quibus maior pars incolarum catholici sunt et in quibus Russia schisma propagare cupit, ut in terra Podlachiensi, Chelmiensi, Wilnensi, Grodnensi.

⁴⁵⁸ Paulus Hindenburg von Beneckendorff (1847-1934), marecalcus campester Germanicus. Ab a. 1925 munere praesidentis Imperii Germanici fungens.

⁴⁵⁹ Ericus von Ludendorff (1865-1937), generalis et homo politicus Germanicus. A. 1914-1916 praefectus supremi regiminis VIII Exercitus Germanici in Prussia Orientali, a. 1916-1918 generalis castrorum praefectus.

⁴⁶⁰ Otto von Bismarck (1815-1898). A. 1862-1870 primus administer regiminis Prussici et a. 1871-1890 cancellarius Germaniae.

⁴⁶¹ Pugna ad pagum Sadová prope opp. Hradec Kralové, (Königgrätz) commissa est a. 1866.

Hoc probatur:

1) Jagov⁴⁶², secretarius status rerum externarum, Dietricho Schäfer⁴⁶³, qui annexionem Wilnensis partis Lithuaniae commendabat, respondit non esse opportunam annexionem huius terrae, nam pure catholica sit, opportunum vero esse reddere hanc terram Russiae, quae ratione propagationis schismatis ius sibi ad hanc terram vindicet.

2) Successor Jagovi, secretarius status rerum externarum, Zimmermann⁽²⁾⁴⁶⁴, professori theologiae protestanticae in universitate Berlinensi, Strack⁴⁶⁵, qui libellum de Polonia, in quo saepissime Polonos nominat fanaticos catholicos, secretario status praesentavit, animum suum patefecit et dixit finitimas regiones: terram Chelmiensem, Podlachiensem, Wilnensem Russiae restituendas esse, Russiam pro hac re Germanis gratam futuram esse, laudatae enim terrae Russiae ex rationibus religionem spectantibus carae sint.

Mutato statu rerum in Russia, remoto absolutismo, finis regiminis militaris idem manet. Sicut proclamatio independentis Regni Poloniae regimen militare facultate prosequendi propositi sui non privat, ita et proclamatio independentis Lithuaniae⁴⁶⁶, nam haec et illa proclamatae sunt sine descriptione limitum.

Ad III^{um}). Supremum regimen militare eiusque fautores principii protestantismi imbuti sunt. Protestantismus, qui natura sua sola negatio est et nullum positivum programma religiosum habet, vim et auctoritatem suam in actione inimica contra Ecclesiam Catholicam quaerit. Hic protestantismus et schisma amici facti sunt, eodemque zelo Ecclesiam Catholicam debellare et vincere student. Huius amicitiae clarissimum exemplar praesertim vidua magni ducis Sergii⁴⁶⁷, princessa Hessiae, quae schismatico episcopo famoso Eulogio, Leopolim a. 1914 profecturo, ut in Galicia catholicos in schisma convertat, paramenta ecclesiastica et subsidia obtulit.

Laudatus supra Cleinov⁴⁶⁸ die 2 maii 1918 a. in societate annexionistarum in aedibus comitiorum Prussiae praelectionem habuit, in qua placitis catholicorum germanorum, ut Polonia causa firmandi catholicismi vere independens esset, se opposuit et consilium dedit, ut, accedente in futuro opportuna occasione⁽³⁾, terra Wilnensis Russiae redderetur; ut, ne Poloni fidem catholicam in oriente propagarent, a Lithuania separarentur territorio Bia-

⁴⁶² Theophilus (Gottlieb) von Jagow (1863-1935), homo politicus et orator publicus Germanicus, a. 1913-1916 secretarius status rerum externarum; antea, a. 1909-1913, orator Romae.

⁴⁶³ Theodericus (Dietrich) Schäfer (1845-1929), rerum gestarum scriptor Germanicus.

⁴⁶⁴ Arthurus Zimmermann (1864-1940) erat secretarius status rerum exterarum a. 1916-1917.

⁴⁶⁵ Hermanus (Hermann) Lebrecht Strack (1848-1922), professor theologiae et scientiarum orientalium in Universitate Berolinensi ab a. 1877. Fundator Instituti Iudaici Berolini a. 1883.

⁴⁶⁶ Duae erant proclamationes independentis Lithuaniae a Consilio Lithuano (Taryba) factae, una 11 XII 1917, altera 16 II 1918. Cfr. Ochmański, p. 269-271.

⁴⁶⁷ Sergius Romanov (1857-1905), filius imperatoris Alexandri II.

⁴⁶⁸ Georgius Cleinov (natus 1873), homo politicus et scriptor, editor ephemeridis "Grenzboten", director officii Ostdeutsche Auskunftsstelle vocati.

lystok, quod judaeis-syonistis relinquendum sit. Devoti Poloni, prosequerentur Cleinov, fidem catholicam in patria sua propagare possent, et hoc sub ea tantum conditione, ut fines Poloniae e parte Germaniae ab incolis germanicis habitentur.

Media, ope quorum finis regiminis militaris adipiscitur, sunt:

1) Cum praeconcepta opinione false exarata enumeratio (statistica) incolarum quoad eorum nationem in terris, de quibus hic agitur.

Mandante regimine militari a. 1916 elaborata est statistica, ex qua clarum erat in terra Podlachiensi nationem polonam vere dominantem esse⁽⁴⁾, in aliis vero maioritatem possidere⁽⁵⁾.

Quid facit regimen militare, quod alium eventum exoptavit? Datum est mandatum, ut enumeratio in fundamento statisticae ex anno 1897 factae a gubernio Russiaco perficiatur, quod peractum est a. 1917 et editum est opus, quod dicitur: *Völker-Verteilung in West-Russland*, 2. Auflage, Hergestellt in der Druckerei des Oberbefehlshaber Ost, 1917. In conficiendo hoc opere catholici nullam partem habebant.

Totus mundus scit, quomodo gubernium Russiacum elaboraverit statisticam quoad nationem incolarum terrarum Chelmiensis, Podlachiensis, Wilnensis, Grodnensis et aliarum, in quibus schisma propagabatur. In opere hoc gubernium Russiacum non scientiam, non veritatem, sed perversam voluntatem eradicandi catholicismi prae oculis habebat. Et nunc hic labor, in quo nec vestigium scientiae est, in proemio operis editi a gubernio militari commendatur lectori uti verus fons scientiae conditionum in his terris vigentium. Statistica a Russis exarata magnum detrimentum Ecclesiae tulit, sed quantum maius damnum Ecclesiae praeparabit statistica exarata a regimine militari Germanico!? Sane, liber a Germano editus semper nota libri vere scientifici gaudebat et ex hac ratione laudatum opus apud Germanos et catholicos⁽⁶⁾ pro fide digno habetur⁽⁷⁾.

Necessarium esse duco animadversionem, quod statistica exarata a. 1916 mandante regimine militari sub custodia strictissima invenitur, tantum nonnulli ex ea numeri in foliis publicis comparuerunt.

Mense februario a. 1918 statisticam spectantem terras Chelmiensem et Podlachiensem quoque ex fontibus germanicis et austriacis feci et praesentavi, nunc comparabo ex documentis germanicis et austriacis statisticam districtuum: Wilno, Troki, Lida, Grodno. Secundum opus laudatum regiminis militaris a. 1917: in districtu Wilno est 12% Polonorum, Troki - 11,2%, Lida - 4,6%, Grodno - 5,6%. Ita secundum statisticam gubernii Russiaci a. 1897, sed statistica a. 1916 regiminis militaris Germanici, secretissime custodita, omnino aliquid aliud dicit, ut patet ex apposis hic documentis (n.n. 1 et 2)⁴⁶⁹.

⁴⁶⁹ Documenta haec: 1) Die amtliche Statistik über die ehemaligen Kreise Grodno und Lida (Angaben vom 1. April - 30. Juni 1916), 2) Die amtliche deutsche Statistik über die ehemaligen Kreise Wilna und Troki (Angaben vom 1. April - 30. Juni), servantur in eodem involucro f. 1073-1076.

Opportunum videbatur apponere et documentum (n. 3)⁴⁷⁰, quo probatur quam maximus numerus catholicorum etiam iuxta enumerationem russiacam ex a. 1910 in aliis partibus Russiae invenitur.

Supremum regimen militare, ut supra dictum est, omnes per partes finem, quem sequitur, etiam ante bellum praeparavit, et ab eo statuta erat separatio terrae Chelmiensis et Podlachiensis a Regno Poloniae, quare in Brześć Litewski tempore concludendae pacis non propria statistica a. 1916, sed statistica gubernii Russiaci a. 1897 utebatur.

2) Serenissimus Leopoldus, princeps Bavariae, nominatus est magnus dux exercituum Germanorum in oriente ac proinde ipse est summus praepositus administrationis civilis occupati territorii. Serenissimus vero princeps nescit, ut ipse principi Zdzislawo Lubomirski⁴⁷¹, membro Consilii Regentium Regni Poloniae, confessus est, quid in administratione commissi sibi territorii peragatur, quod omnino convenit, cum decreto militaris regiminis absolvente principem a cura administrationis et responsabilitate pro ea. Decretum hoc non est publicatum. De facto territorium hoc administratur a Ludendorff mediante generali Hofmann⁴⁷² et praeposito regiminis civilis, qui fuit famosus Isenburg-Bierstein⁴⁷³.

Serenissimus princeps eidem Isenburg-Bierstein litteras gratulationis pro bona administratione dat, ex quo facto sequitur consequentia, quod iniuste de variis criminibus Isenburg-Bierstein, qua administrator, accusabatur. Hoc modo novae insidiae factae sunt, ut in errorem et regia domus Bavariae et catholici Germaniae inducantur.

Non est silentio praetereundum cancellarium Imperii Germanici nullum influxum in administrationem huius territorii habere.

3) Regimen militare in Regno Poloniae industriam omnino destruxit destruendo in officinis industrialibus machinas, ut hoc modo Polonia non solum parva territorio, sed etiam exigua viribus esset, quod aperte secretarius status rerum externarum, Kühlman, Josepho Ostrowski, membro Consilii Regentium Regni Poloniae, dixit.

4) Regimen militare in Podlachiam agitadores natione ex Ukraina misit, qui agitadores incolis Podlachiae dominia nobilium promittunt, si incolae Podlachiae se esse non Polonos declarabunt.

5) Saepissime in foliis publicis de instituendis domibus sectae massonicae scribebatur; gubernator Wilnensis, Wegener, cum pompa massonica se-

⁴⁷⁰ Non est repertum.

⁴⁷¹ Zdzislaw Lubomirski (1865-1941), vir politicus, rei socialis promotor. A. 1916-1917 praesidens urbis Varsaviae. A. 1917-1918 membrum Consilii Regentium, deinde senator a. 1928-1935 et a. 1931-1935 praefectus Consilii Generalis Corporationum Nobilium Agricultorum (Naczelna Rada Organizacji Ziemiańskich).

⁴⁷² Maximilianus Hoffmann (1869-1927), generalis Germanicus. A. 1916 praefectus supremi regiminis militaris Frontis Orientalis. A. 1918 interfuit pactionibus de pace Brestae in Lithuania peractis.

⁴⁷³ Princeps Franciscus Iosephus zu Isenburg-Birstein (1869-1939), gubernator militaris Lithuaniae tempore I belli pancosmii.

pultus est; nunc vero instructio, ut fertur, de continuanda erectione domorum massonicarum, sed sine strepitu et publicatione, data est.

Continuus et systematicus labor supremi regiminis militaris fructus tulit: 1) In Regno Poloniae de die in diem crescit fractio popularis, quae principiis socialisticis favet, placita maximalistarum Russorum (bolscheviques) spargit, praesertim in terra Chelmiensi, Podlachiensi, Lomsiensi, et proclamat ideam separationis Ecclesiae a Statu.

2) In terra Chelmiensi et Podlachiensi, tam nationi polonae caris, martyrium Unitarum tempore persecutionis russicae, invidia nationalistica oritur, sicut enim olim Russi unitas in partes schismatis ducere cupiebant, ita nunc catholicos-latinos in ritum graeco-unitum pertrahere studetur.

3) In terra Wilnensi et Grodnensi pugnant secum nationes: polona et lithuana, in qua actione sacerdotes, immemores vocationis suae, partes suscipiunt⁽⁸⁾.

4) Serenissimus Leopoldus, princeps Bavariae et per consequentiam catholici germani accusantur reos esse omnium calamitatum, quibus oppressum est territorium occupatum ab exercitu Serenissimi principis.

Quid his in conditionibus agendum sit, ut Ecclesia Catholica missionem suam in Regno Poloniae, Lithuania et Russia adimplere possit?

1. Catholica fractio germanica (Centrum) veram statisticam a Supremo Regimine Militari expostulare debet.

2. Serenissimus Leopoldus, princeps Bavariae, ipsemet occupatum territorium administret cum adiutorio virorum, qui alieni sunt a spiritu hacatistico.

3. Necessariae sunt litterae Beatissimi Patris ad episcopos, ut, omnia omnibus facti, omnes dioecesanos eodem amore prosequantur, et pro omnibus praedicationem verbi Divini propria eorum lingua curent.

4. Ut quamprimum nominentur episcopi pro Regno Poloniae et dioecesi Wilnensi.

5. Ut strictissime observetur lex de amotione eorum parochorum, qui odium unius partis parochianorum contra aliam promovent.

6. Ut strictissime observetur lex prohibens sine speciali licentia Sedis Apostolicae catholicis ritus latini ritum graeco-unitum suscipere et vice versa.

7. Ut episcopi adhortentur de curanda institutione fractionis catholicae in propriis dioecesibus, quae fractio defendendo et promovendo iustas leges politicas et sociales defenderet et promoveret leges Ecclesiae Catholicae et liberam propagationem fidei catholicae.

Adnotationes ab auctore scripti appositae:

(1) Principales collaboratores Ludendorf, in re, de qua hic agitur, et iisdem principiis imbuti, sunt: Cleinov, Hoetzsch et Ludovicus Berhard. Ultimus catholicos sacerdotes visitabat asserendo se omnes limitationes contra nationem polonam in provincia Posnaniensi

statutas removere velle. Fraude hac capti sacerdotes secretissimas res visitatori narrabant, quae postea a Bernhard publicata erant. Proemii causa Bernhard a gubernio professor facultatis philosophicae Universitatis Berlinensis designatus est, sed facultas eum inter socios accipere nolebat. Idem regimen militare censuram librorum et foliorum polonorum argumenti religiosi in civitate Posnania commisit sacerdoti Waschiński, qui iuramentum antimodernisticum dare recusavit et postea filiam pastoris protestantis uxorem duxit.

(2) Cuius consiliarius erat quoad res Poloniam et Lithuaniam spectantes iuvenis 20 annorum, judaeus, radicalis syonista, Nahum Goldmann.

(3) Notatu dignum est: in Germania iam nunc viri politici restitutionem monarchici imperii in Russia prae oculis habent.

(4) Pro terra Chelmiensi idem probat statistica a gubernio austriaco facta.

(5) Gubernium militare verificavit statisticam pro civitate Wilno; prima erat mense februario 1916 a., quae indicavit Polonos in numero 50%, altera - mense novembri vel decembri eiusdem anni indicavit Polonos in numero 53% prope 54%.

(6) Fractio centralis.

(7) Cfr. pag. 10 a verbis "On a sous-estimé...".

(8) Von Beckerath, praepositus militaris civitatis Wilna, in officialibus litteris datis 3 januarii 1917 a. supremo regimini militari germanico ita scribit (La Dépêche de Toulouse du 10 octobre 1917) de statu rerum in Lithuania:

"Les Blancs-Russiens.

Des deux nationalités autochones: les Russiens blancs n'ont jamais manifesté de tendances vers une indépendance ou autonomie politique. C'est un peuple intermédiaire, par ses origines et sa langue, entre les Polonais et les Russes, dont il subit tour à tour l'influence et la domination. A l'Ouest, les Blancs-Russiens sont tributaires, avec la religion catholique, de la culture polonaise; à l'Est, c'est la culture russe qui les a imprégnés avec la foi orthodoxe.

La langue littéraire leur fait défaut, le journal blanc-russien, le "Haman", édité à Wilno, est rédigé dans une langue qui se rapproche du Polonais, tandis que l'idiome parlé plus à l'est ressemble plutôt à la langue russe.

Les Blancs-Russiens habitant le district de Wilno sont presque tous catholiques romains et se considèrent comme Polonais. Certaines tendances séparatistes cultivées par quelques hommes de lettres blanc-russiens ne sortent pas au delà de limites restreintes et ne peuvent pas être sérieusement prises en considération.

Les Lithuaniens.

La faiblesse du mouvement national lithuanien doit être attribuée à ce qu'il se confine dans une seule classe paysanne. Il est peu probable que l'avenir puisse changer beaucoup cet état de choses. Le peuple lithuanien est peu nombreux et sa langue est rudimentaire. Un Lithuanien cultivé ne peut se passer de la connaissance d'une des grandes langues internationales. Le gouvernement russe l'a obligé pendant longtemps à n'employer que la langue russe; cependant, depuis l'occupation, les autorités allemandes se sont employées avec zèle à bannir le russe de l'école et des institutions publiques. Grâce à cette circonstance, la langue polonaise a pris une importance subite et inespérée d'au-

tant plus que l'allemand, peu répandu, ne peut pas être pris en considération. Dans un avenir plus ou moins lointain, l'introduction forcée de l'allemand pourra peut-être refouler la culture slave; mais, au demeurant, je tiens à mettre en garde Votre Excellence devant l'optimisme exagéré dû surtout à nos Lithuaniens de Prusse. Il ne saurait être question, en effet, d'un goût spécial que ces Lithuaniens sont censés d'éprouver à l'égard de la culture germanique; leur histoire et leur attachement à l'Eglise catholique romaine semblent prouver plutôt le contraire. Il convient, d'ailleurs, de garder une prudence extrême envers des agitateurs lithuaniens qui arborent tous des principes radicaux et socialistes, dont le clergé lui même paraît être fortement imprégné.

Les Polonais.

Les Polonais constituent une majorité compacte à Wilno et dans les districts environnants: dans les autres régions, ils forment des minorités importantes. La grande propriété foncière se trouve presque entièrement entre leurs mains ainsi que la majorité du clergé, des professions libérales et du monde financier, quand ce dernier n'est pas israélite. Malgré toutes les vicissitudes de l'histoire, les Polonais restent en Lithuanie une puissance économique et politique de premier ordre. S'il est possible de gouverner sans eux en temps de guerre, il nous paraît difficile de gouverner contre eux en temps de paix, difficile et même dangereux, car les autres nationalités de la Lithuanie ne présentent aucun point d'appui sérieux et stable. C'est pourquoi nous formulons toutes nos réserves contre l'attitude nettement hostile que les autorités allemandes d'occupation en Lithuanie ont cru devoir prendre à l'égard des Polonais.

On a sous-estimé, à Berlin, non seulement l'importance numérique de l'élément polonais, mais aussi sa valeur politique et économique. Les statistiques officielles russes que nous avons trouvées ici et qui ne répondent pas aux exigences scientifiques modernes étaient sûrement truquées aux dépens des Polonais dont la véritable force n'en a paru qu'avec plus d'évidence. Notre recensement de 1916 a démontré que l'importance de l'élément polonais en Lithuanie est beaucoup plus considérable et que les Polonais y sont seuls à détenir de précieuses qualités politiques et créatrices".

^{a-a)} *Hic dscriptum in margine alia manu: Grosses Hauptquartier*

N. 51.

**Eduardus O'Rourke, vicarius generalis dioecesis Minscensis
Achilli Ratti**

Varsaviae, 1 VII 1918.

Edocet eum de praelato Ioanne Hanusowicz ad munus vicarii capitularis dioecesis Minscensis electo.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 188r.

Honori mihi duco Excellentiam Vestram certiozem facere de electione iuxta Can. N. C. 317 et 429 §§ 3 et 4 Vicarii Capitularis Vilmensis Ill.mi D.ni Praelati eiusdem Capituli D.ni Joannis Hanusowicz.

Ed[uardus] O'Rourke
Vicarius Generalis Minscensis

N. 52.

Achilles Ratti
Ioanni Hartwig von Beseler, generali gubernatori Germanico Varsaviae

Varsaviae, 1 VII 1918.

Gratias agit pro permissio sibi libero epistularum commercio cum Curia Romana faciendo, nullo interventu censoris militaris Germanici accidente.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 385r (N.prot. 29).

Exzellenz,

Unter dem Datum 30 Juni 1918 (Abt. Ic Nr. 12 880) hat mir Herr Oberst und Chef des Generalstabes des General-Gouvernements Warschau von seiten des Generalgouvernements höflichst mitgeteilt⁴⁷⁴, daß mir als Päpstlichem Visitor das Recht zugestanden wird, mittels geschlossener Briefe und chifrierter Telegramme mit der Kurie zu verkehren, sofern dem Generalgouvernement eine ausdrückliche Erklärung vorgelegt wird, daß sich der Inhalt der Briefe und Telegramme auf rein religiöse Angelegenheiten bezieht; der Einsendung dieser Erklärung sieht das Generalgouvernement entgegen. Ich sage Ihnen, Exzellenz, für das zugestandene Recht meinen herzlichsten Dank und beehre mich die gewünschte Erklärung einzusenden⁴⁷⁵.

Mit vorzüglichster Hochachtung

ergebener dankbar
Achilles Ratti
Visitor Apostolicus

⁴⁷⁴ Cfr. N. 48.

⁴⁷⁵ Cfr. N. 53.

N. 53.

Achilles Ratti**Ioanni Hartwig von Beseler, generali gubernatori Germanico Varsaviae**

Varsaviae, 1 VII 1918.

Declarat, sicut a regimine militari Germanico ab eo postulatum est, suum cum Curia Romana epistularum commercium non nisi ad res religionis spectaturum esse.

Min. autogr: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 386r (N.prot. 30).

Exzellenz,

Mit Beziehung auf das höfliche Schreiben des Chefs des Generalstabes Herrn Oberst Nethe unter dem Datum 30 Juni 1918 (Abl. Ic. nr 123 880)⁴⁷⁶, wo mir als Päpstlichem Visitator das Recht höflichst zugestanden wird, mittels geschlossener Briefe und chiffrierter Telegramme mit der Kurie zu verkehren, und auf dem dort ausgedrückten Wunsche des Kaiserlich Deutschen Generalgouvernements, beehre ich mich ausdrücklich zu erklären, dass sich der Inhalt der Briefe und Telegramme auf rein religiöse Angelegenheiten bezieht.

Mit vorzüglichster Hochachtung
Euer Exzellenz ergebener dankbarer

A[chilles] Ratti
Visitator Apostolicus

N. 54.

Achilles Ratti**Gulielmo Nethe, supremi regiminis militaris Germanici Varsaviae praefecto**

Varsaviae, 1 VII 1918.

Gratias agit pro licentia sibi concessa liberum epistularum commercium cum Curia Romana, sine interventu censoris militaris Germanici, exercendi (textus mutatis mutandis ut in N. 52).

Min. (ms.): Av, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 384r (N.prot. 28).

⁴⁷⁶ Cfr. N. 48.

N. 55.

Ermenegildus Pellegrinetti:
Index expensarum Achillis Ratti

Varsaviae, 1 VII 1918.

Enumerat expensas pro Achille Ratti, visitatore apostolico, mense Iunio a. 1918 factas.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 788r.

Conto Spese
 fatte dal sac. Ermenegildo Pellegrinetti per Sua Eccellenza
 nel mese di Giugno 1918.

Giugno

8 Giornali	0.65 mk
9 Giornali	0.15 mk
10 Giornali	0.30
11 Carozza	4.00
12 Giornali	0.40
Mancia cocchiere	2.00
13 Giornali	0.25
14 Vetture	9.00
Parrucchiere per 2	5.50
15 Mancia cocchiere	2.00
Giornali	0.20
16 Mancia Hotel d'Europe	0.50
18 Mancia cocchiere	2.00
19 Giornali	0.50
Abbonam[ento] Warschauer Zeitung	8.25
Mancia cocchiere	1.00
20 Giornali	0.50
21 Mancia cocchiere	2.00
22 Mancia cocchiere	1.00
Lettera Illustrationis Gesellschaft-Berlin	0.20
23 Mancia cocchiere	2.00
24 Giornali	0.80
Al portiere per l'onomastico	10.00
Mancia cocchiere	2.00
25 Mancia cocchiere	2.00
26 Mancia cocchiere	2.00

29 Mancìa cocchiere	2.00
30 Vettura e mancìa cocchiere	2.00
totale	67.70

Saldato 1 Luglio 1918

Ermenegildo Pellegrinetti

N. 56.

**Eduardus O'Rourke, vicarius generalis dioecesis Minscensis
Achilli Ratti**

Varsaviae, 2 VII 1918.

De condicione rerum publicarum et religionis in Alba Russia (Belorussia) eum edocet et petit summi pontificis auxilium in negotio Russiae Albae a Russia seiungendae; scribit etiam de quaestionibus ad ritum graeco-catholicum, linguam Albo-Ruthenam in sacris introducendam et educationem ecclesiasticam pertinentibus, necnon de causis discidiolorum inter Polonos et Lithuanos intercedentium.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 164r-168r. In f. 163r adnotatio: "Ricevuto 2 VII 1918. Relazione Mons. O'Rourke".

An Seine Exzellenz den Apostolischen Visitator Monsignore Ratti
in Warschau

Ich ergreife die Gelegenheit der Anwesenheit Euer Exzellenz in Warschau um in kurzen Worten die, meiner Ansicht nach, für die Katholische Kirche in der Diözese Minsk und den anderen Weissruthenischen Gebieten im historischen Momente, welches wir durchleben, wichtigsten Angelegenheiten vorzulegen und dieselben der Erwägung Eur. Exzellenz zu unterbreiten. Ich muss aber betonen, daß die Knappheit der mir zur Verfügung stehenden Zeit mir gestattet, nur sehr oberflächlich darauf einzugehen.

1. Eine Lebensfrage für Weiss-Ruthenien ist die Lostrennung dieses Landes von Russland und die Angliederung desselben an West-Europa. Das Verbleiben Weissrutheniens im Staatsverbande mit Russland würde dieses Land der russischen Anarchie preisgeben und es würde der vollständigen Vernichtung der Kultur derorts gleichkommen. Namentlich die Katholische Bevölkerung, abgesehen davon, ob sie zu den wohlhabenden Kreisen, oder zur einfachen Landbevölkerung gehört, macht sich keine Illusionen über ihre

Zukunft, falls Weiss-Ruthenien wieder an Russland käme: wenn dieses der Fall wäre, so ist kein Zweifel, daß dieselbe vollständig und schonungslos ausgerottet werden würde. Ein Beweis dafür liefern die Gebiete jenseits des Dniepr und der Düna, welche von den Deutschen Truppen nicht besetzt wurden. Die Katholische Bevölkerung wurde da von den russischen bolschewistischen Soldatenbanden systematisch^{a)} vernichtet: ganze Familien, ohne Rücksicht auf Geschlecht und Alter, wurden hingemordet, der Dekan von Mohilew, Eugen v. Swiatopolk-Mirski, und sechs andere Priester wurden getötet. Angesichts dessen haben sowohl die polnischen, wie die weissruthenischen Organisationen, sogleich nach der Besetzung von Minsk durch die Deutschen Truppen eine Reihe von Petitionen und Denkschriften an den Deutschen Kaiser, an den Reichskanzler Grafen v. Hertling und andere massgebende Persönlichkeiten gerichtet, in welchen sie um Schutz und Hilfe gegen die Anarchie und um Lostrennung von Russland ersuchen. Im Auftrage der Bevölkerung habe ich unter anderem auch zwei Depeschen an den Nuntius in München, Monsignore Pacelli, gerichtet, in welchen ich ihn bat, für unsere Sache einzutreten. - Die Loslösung von Russland wäre entweder (^{a-}durch Anschliessung Weissrutheniens an Litauen und die Baltischen Lande^{a)}), oder durch Bildung eines (^{a-}Weissruthenischen Staates unter dem Schutze des Deutschen Reiches^{a)}) denkbar.

Die Anschliessung Weissrutheniens an die Ukraine wäre nicht zu wünschen wegen der unsicheren Zukunft der Ukraine und der vorwiegend radikalen Strömungen in diesem Lande; die Angliederung an Polen scheint wegen der ablehnenden Haltung der Zentralmächte diesem Projekte gegenüber und angesichts des Mangels an einer einheitlichen und planmässigen Politik bei den Polen, welche unsere Wünsche unterstützen könnte, wenig Aussicht auf Erfolg zu haben. - Ich erlaube mir Euren Exzellenz ergebenst und aufs eindringlichste zu bitten, die Frage der Loslösung Weissrutheniens von Russland nach Kräften thunlichst unterstützen zu wollen und namentlich den Heiligen Vater zu bitten in dieser Richtung zu wirken. Das Leben von nahezu zwei Millionen Katholiken und das Gedeihen der Kirche in diesem Lande hängen von der Lösung dieser Frage ab.

2. Nur im Falle der Loslösung Weissrutheniens von Russland ist an eine erspriessliche Entwicklung der Kirche daselbst zu denken. Falls dieses glücklich zustande käme, wäre für die Entwicklung der Kirche folgendes ins Auge zu fassen:

a) Vor allem müssten die Geistlichen Orden zur Arbeit herangezogen werden. Die weltliche Geistlichkeit in der Diözese Minsk und den angrenzenden Gebieten ist zu wenig zahlreich und für eine Missionsarbeit gänzlich unvorbereitet, und könnte die bevorstehende ungeheure Arbeit in keinem Falle bewältigen. - Ich habe die Frage der Zulassung der Geistlichen Orden in der

Deutschen Verwaltung Ober-Ost⁴⁷⁷ in Kowno besprochen und habe bei den massgebenden Persönlichkeiten (Freiherr von Gayl⁴⁷⁸, Herr von Mantey, Dr. Lechlien) ein entgegenkommendes Verständnis gefunden, so daß ich unter gewissen Vorbedingungen auf eine Zulassung der Orden im Minsker Gebiete zu hoffen wage.

b) Wahrscheinlich würde auch die Frage der Griechisch-Unierten Kirche auftauchen, welcher aber zunächst mit der grössten Vorsicht entgegenzutreten wäre, da eine übereilte Förderung des Griechisch-Unierten Ritus in Weissruthenien zu einer noch grösseren Verworrenheit der religiösen Ansichten des Volkes führen könnte. Auf dem Minsker Gebiete wurden die ärgsten religiösen Streitigkeiten ausgefochten, und die Unterdrückung der Katholischen Kirche durch die russische Regierung war daselbst am grausamsten. Die Ansichten der Bevölkerung auf religiösem Gebiete sind durchaus verworren, und es wäre zu wünschen, daß zunächst der Glaube in der bereits dort vorhandenen und organisierten Lateinischen Kirche befestigt und vertieft würde, ehe man ins Land den neuen, bereits von dem Volke fast vergessenen Ritus einführe, welcher sowohl von den Katholiken als von den Orthodoxen als Sekte betrachtet werden könnte.

c) Eine weitere heikle Frage ist die Frage der Weissruthenischen Sprache in den Kirchen. - Es lässt sich nicht bestreiten, daß das Weissruthenische denselben Anspruch auf Zulassung zum Kirchengesang und dergleichen wie die anderen Sprachen hat, aber angesichts der jetzigen so unruhigen Zeiten wäre diese Frage auch mit ganz besonderer Vorsicht zu behandeln und nicht auf übereilte Schritte zu gestatten, damit nicht neuer Hass und neue Volksunruhen entstehen.

